uiderant · qualiter factum esset ei
qui demonium habuerat & de por
cis · Et rogare ceperunt eum : ut di
ſcederet a finibus eorum · Cumque aſcen
deret nauim · cepit illum deprecari qui
a demonio uexatus fuerat · ut eſſet
cum illo · Ihesus uero non permiſit illi · ſed
ait · Vade in domum tuam ad tuos · &
annuntia illis quanta tibi dominus fecerit ·
& miſertus eſt tui · Ille uero egreſſus
cepit predicare in decapoli · quanta ſibi
fecit ihesus · & omnes mirabantur · Dominica vii
clxxi Omnes gentes plaudite · post pasca
Deus uirtutum cuius eſt totum quod est opti
mum inſere pectoribus noſtris amo
rem tui nominis & preſta in nobis re
ligionis augmentum · ut que ſunt
bona nutrias · ac pietatis ſtudio
que ſunt nutrita cuſtodias · Per
Fratres · Humanum dico · Ad romanos ·
propter infirmitatem carnis ueſtre · Sicut
enim exhibuiſtis membra ueſtra ſeruire in
munditie & iniquitati ad iniquitatem ·
ita nunc exhibete membra ueſtra ſeruire
iuſtitie in ſanctificationem · Cum enim
ſerui eſſetis peccati · liberi fuiſtis iu
ſtitie · Quem ergo fructum habuiſtis
tunc in quibus nunc erubeſcitis ·
Nam finis illorum mors eſt · Nunc uero
liberati a peccato · ſerui autem facti
deo · habetis fructum ueſtrum in ſanctifica
tionem · finem uero uitam eternam ·
Stipendia enim peccati mors ·
Gratia autem dei uita eterna · In christo
ihesu domino noſtro · Graduale Venite filii au · ii ·
v Accedite & illuminamini & f

lxxxvii
Alleluia · Eripe me de inimicis meis deus meus & ab inſurgentibus in me libera me · Secundum matheum
In illo tempore · Cum multa turba eſſet
cum ihesu · nec haberent quod manducarent ·
conuocatis diſcipulis ait illis · Miſe
reor ſuper turbam · quia ecce iam
triduo ſuſtinent nec habent quod man
ducent · Et ſi dimiſero eos ieiunos
in domum ſuam · deficient in uia · Qui
dam enim ex eis · de longe uenerunt ·
Et reſponderunt ei diſcipuli ſui · Vn
de iſtos poterit quis ſaturare pani
bus in ſolitudine · Et interrogauit
eos · Quot panes habetis · Qui dixe
runt · Septem · Et precepit turbe diſ
cumbere ſuper terram · Et accepit
ſeptem panes · gratias agens fregit &
dedit diſcipulis ſuis · ut apponerent ·
Et appoſuerunt turbe · Et habebant
piſciculos paucos · & ipſos benedixit
& iuſſit apponi · Et manducauerunt ·
& ſaturati ſunt · Et ſuſtulerunt quod
ſuperauerat de fragmentis · ſeptem ſpor
tas · Erant autem qui manducauerunt ·
quaſi quattuor milia · & dimiſit eos ·
Off Sicut in holocauſtum arietum & taurorum ·
& ſicut in milibus agnorum pinguium
ſic fiat ſacrificium noſtrum in con
ſpectu tuo hodie ut placeat tibi
quia non eſt confuſio confidentibus in te
domine · v Et nunc ſequimur
in toto corde timentes te & queri
mus faciem tuam domine ne confundas

License: cc-by-nc-sa – Scherpenheuvel-Zichem, Abdij der Norbertijnen van Averbode, Archief, Sectie IV, hs. 417, 1, fol. 87v – Noted missal (https://fragmentarium.ms/view/page/F-70c4/7088/57961)